



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

96  
21

Nuptiis exoptatis.

CLARISS. ET  
DOCTISS. V. D.N.  
WOLFGANGII. V. DOCTO-  
RIS, REVERENDI ET CLARISS.  
V. Dn. WOLFGANGI, Ecclesiae  
Servestanæ Pastoris, ac finitima-  
rum Inspectoris ac Superattenden-  
tis vigilantiss. atque illustris  
Gymn. S. S. Theologæ  
Professoris eximij,  
F. AMLINGI.

A.D. XXI. MENS. SEXTIL.  
IVLIANI HEIDELBERGAE CE-  
LEBRANDIS CVM HONESTISS.  
pudiciss. q; virgine GERTRUDE, Magnifici  
& prudentiss. V. Dn. REINERI, illustriss. Pr.  
VIIviri Palatini, Ducis Bavariæ &c. in vrbe

Heidelbergæ Praetoris supremi F.  
BACCHOFIA  
ECHTIA,

Vota & gratulationes cum solenni appreicatione  
nuncupata ab amicis, quorum sua cuiusq;  
versibus nomina sunt adscripta,

SERVESTAE,  
Typis Iohannis Schlerij, Anno 1599.

CLARISS ET  
DOCTISSA

ANNAE  
BAPTISTAE  
MAGISTER  
ALLEGORIE  
C  
G  
E  
T

TZEBIA

1600



E Y X H

PRO CONIVGIO SAN-  
CTO AC FELICI VVOLGAN-  
GI AMELINGI, IVRIS VTRIVSQUE DO-  
ctoris, Filij Reverendi & Clarissimi viri Domini  
Magistri VVolgangi Amelingi, Pastoris & Su-  
perintendentis in Ecclesia Servestana: Et Ger-  
trudis, Filiæ viri Amplissimi & prudentissimi  
Domini Reinhardi Bachovij, Prætoris in vrbe  
Heidelberga illustrissimi Principis ac Do-  
mini Electoris Palatini ad Rhenum  
Ducis Bavariæ, &c.

**R**ectorum soboles divina lege su-  
perstes, (erit.  
Et stirps longæva posteritatis  
Vſibus hoc ſeclo civilibus apta vi-  
gebit

Et ſacris, ſummo grata in utrisq; DE O.  
Donec eſt has inter metas permanferit, uni  
Spe ſemper firma nixa fideq; DE O:  
Si forte irruerit tempeſtas ſæva procellis,  
Cœleſti evadet tutæ patrocinio.

A 2

Ingrato

in grato quod si mundo neglecta jacebit;  
Praemia promeritis nec feret aqua suis:  
Non bene gestorum tamen unquam fama per-  
In superium merces sede perennis erit. (ibit.  
Hac promissa DEus, qua cœlitus edita voce  
Ipse sua, effectu Rector in orbe probat:  
Nunc in Gnatii Amelinge tui, Gnatq; Ba-  
Connubio ut largè compleat, oro, tua. (chovir  
Vestrum prestiterit quantum, qua pertulerit ve  
Quisq; sui constans in statione loci  
Pro vero, contra grassantis cœpta Chimara:  
Mens pia, qua Christo est dedita, latet ac canet.  
Hac ut sectetur proles vestigia passu  
Christe pari, ipse tui Flaminis affer opem i  
Adversosq; tibi, quibus est mens flexilis, ad te  
Converte. At rigidis injice fræna feris. (ras,  
Et reliquis nostras gregibus tranquilla per o-  
Lans tua ut emineat, secula redde pijs.

Caspar Peuckerus D.

CECILIA CECILIA CECILIA

AD

Cecilia

# Ad Clarissimum Virum Do-

minum VVolgangum Amlingum Iuris  
utriusq; Doctorem, Sponsum &c.  
amicum singulariter charum.



SS E satum claro genitore haud ul-  
tima laus est,

Nam decorant Gnatum Fama,

(decusq; Patris:

Major at hac laus est, si Filius amulus ipse

Laudis sit patria, non sine laude Patris.

Ergo Magnus eris, Magni, VVolgāge, parētis

AMLINGI, o Fili, qui decus es Patriæ:

Nam te condecorat non tantum Fama parē-

Vtraq; quem novit Solis in orbe domus (tis,

Sed tua testantur Pietas, Doctrina, Fidesq;

Nec latum te unguem degenerasse Patre.

Hac & causa fuit, Sponsam ut delegeris aptā,

Eximio pariter de genitore satam.

Cujus si ingenium, merita, & pietatis amore

Expendam, vix hoc clarior alter erit.

Exprimit egregios tua mores Sponsa parentū,

Filia BaccovI, casta, pudica, proba.

A 3

Qua

Qua tantis dotata bonis tibi contigit uxori,  
O fortunati nomen & omen habens!  
Vivite felices, numero so germine vestram  
Amplificet stirpem filius atq; nepos.

Iohannes Sagittarius D.

---

AD CLARISSIMVM  
VIRVM VVOLGANGVM REVE-  
RENDI ET CLARISSIMI VIRI DN. M. VVOL-  
gangi F. Amlingum I. V. Doctorem, nuptias celebrantem cum  
honestissima virgine GERTRVDE, Amplissimi & pru-  
dentissimi viri Dn. REINHARDI BACCHO-  
FII ECHTII &c. Filia.

ODA ΠΑΠΑΙΤΗΤΙΚΗ.  
CARMINIS GENERE  
ALCAICO.

**R**um quis aurum Mygdoniū rogat?  
Istriq; poscit flumina pumicem?  
Aut exuit thorace nudum?  
Casariemq; metit recalvo?  
Res mira: amicis, jugi ego carminum  
Depletus haustu, carmina flagitor:  
Pauperq; verborum atq; rerum,  
Veste nova jube ors subinde

Orationis

Orationis, reddere fabulam  
Iam jam relatam, plenum opus alea:  
Vatum nec ausit quod parens, nec  
Cecropiae genitor loquella:  
Eosdem ille versus sapientius accinens,  
Ast hic iisdem non iterans semel  
Sententiam verbis eandem:  
Dulcis uterq; medulla suadet.  
At nuptijs hac vota sodalium  
Canto recanto, credite, non minus  
Nunc centies, qui copiaq;  
Aequiparo genioq; neutrum.  
Ne fausta tediis ergo tuis roga  
Me verba, legum candidus arbiter,  
Iurisq; mystes, auspicata  
Nominis Evodium Pelasgus  
Qui voce signas artis, & ingenij,  
Atq; invidenda laudis adores  
Felicior multò, paterni  
Qua cumulas titulos triumphi.  
Sortita rerum qualibet est suum  
Hoc orbe tempus: congrua lusibus  
Non est Thalia, non serendis  
Aptajocis gravis est senecta.

Quod



Quod ipse munus postulor, hoc tibi  
Per solvet à me rectius, integer  
Cui sanguis est ævi, genisq;  
Excubat in roseis Iuventas.  
His, arma ponens nunc iterum lyra,  
Has mando partes, & socii simul  
Laudes tui, quas ipse culpa  
Deterere ingenij erubesco.  
Quarum in puellatu specimen tua  
Illistre cernis: namq; parentium  
In prole virtus est: nec acrem  
Progenerant asini leonem.  
Illa omen, opto, nominis impleat  
Famamq; stirpis, TOT A FIDES MERA:  
Ac matris, ut vultus, gemellum  
Sic facie referat pudorem.  
Nec liberorum germina, lectuli  
Absint feracis pramia, qui patrum  
Nomen propagantes, avorum  
Lascia renouent juventam.

Gregorius Bersmanus,

ALIVD.

A L I V D.

**V**i sociam vitā genere & pietate de-  
coram  
Numina dant, ingens accipit ille  
bonum.

Gaudet is in domino vitā traducere honestam,  
Gignere & in casto pignora castatoro:  
Semper ut exurgant, præstet qui grata Iehova,  
Majorum & genus in secula longa serant.  
Ergo, vir insigni virtute, & corpore pulcro,  
Nympha intrat cuius pulcra & honestatorū,  
Quæ patre nata pio, eximio, & genitrice pudi-  
dotibus ante alias emitet egregias. (ca,  
Gaude, Sponse, tibi: grates pro munere tanto  
Solve Deo: ad quem nunc talia vota fero.  
Da, pater, unanimes, numero saepe prole beati  
Vivant, quos thalami fædere jungit amor.  
Da, sit ut ambobus mens sana in corpore sano,  
Iuste partæ & opes, deliciaq; pie.  
Longum viventes fac basia grata nepotum,  
Nomen avi ac avia sapientis exhibarent.

B

Et

*Ettandem vita cupidos melioris, ad altas  
Stelliferi tollas atria, queso, poli.*

*M. Balthasar Kisevatter ouvrier  
suo carissimo.*

*Ad Clarissimum V. Dn.*

**VV**olgangum, Reverendi Dn.

*VV*olgangi Amlingi, Theologi F.  
I. V. D. Sponsum &c.

 *Larus avis, atavis, celebri famaque  
parentis*

*Amlingus cum sis, & pietate tuas;  
Amlingos etenim quis nescit Franco, vetusta  
Stirpem & Cancrorum? namque ea matris  
erat.*

*Famam auxti nuper, preclara scientia legum  
Te quando in summo sistere visa gradu est.*

*Accumulatur honos novus en tibi, quo sibi vir-  
Pramia concessu noverit esse Dei. (tus*

*Natam Bachofius tibi dum, vir quatius at ille!*

*Desponsat, facilis dum propriamque dicat,*

*Natam Gertrudem, gravitatis qua emula pa-*

*Atque proba matris qua pietatis erat. (tris,*

*O cum*

Ocum floridula vivas Gertrude superestes.

Amlinge, in casto latus amore diu.

Sit neutri canos ante annos vita caduca,

Occidua hec saturis sit senibusq; precor.

Solus & Evodiam hanc reddat tibi prole ma-

VVolgango electa, tutor utriq; Deus. (rito

M. Casp. Ulricus

nugito.

Ευφημία γαριχή.

 Vodnactus, dulcis studiorum espre-  
mia, amice, (sicitur.

Hinc quisquis bonus est, latitia af-  
Ipse ego praelati tibi grator munera honoris:

Gratulore & sociam, candide amice, tori.

Hactenus es vigili libros complexus amore:

Visa est in libris nulla puella tuis. (tasti,  
Sed Paphia jam nunc operam dandam esse pu-

Dum subit adspectum casta puellatum.

Nec te pœnitiat voti, charissime compar,

Quod prætas Sponsa, Sponse beate, tua.

Cælitus illa venit, cœlo tibi jungitur illa,

Quæ, fore se, dixit, tempus in omne tuam.

B. 2

Gratu-

**G**ratulor ergo tibi fortunam, sponse, benignam  
Qua tribuit votis vela secunda tuis.  
**E**t precor, auspicij sthalami ut primordia letis  
Inchoet, & faustum terminet Author opus.  
**A**ddat conjugij numerosam premia prolem,  
Quae vocet hinc matrem, quae vocet inde pa-  
trem.  
**Q**uamaneat constans in religione parentum,  
Officia & patria grata referre queat.  
**T**empore vos longo Christi clementia servet  
Concordes, sic mens una duobus erit.  
**E**xiguum hoc tibi habe confectum carmine  
munus:  
**P**ignus amicitiae sit mea MVS A tibi.

Balthasar Kilevvetter junior  
I. V. L.

**A**D D N. M. VV O L G A N G V M  
AMLINGVM SENIOREM, THEOLOGVM  
eximum, virum clarissimum & reverendum  
&c. de Filij ipsius unici ac cognominis, lu-  
ris utriusq; Doctoris Clariss.  
nuptiis, &c.

**E**broua acerbis sape premens bonos  
Eatis fatigat, sortis & ictibus  
Hos

Hos vulnerat savis: sed idem  
Allevat, exhilarat, medetur.  
Serve euge Christi, Amlinge, bone optimi,  
Petite plagi innumeris, probrisq;  
Ob simplicis veri, tenaxq;  
Ob studium fidei probata:  
Exporge frontem, latitia tuum  
Cor pasce, testem latitia & sonum  
Fac audiant, die bono qui  
Orc ferent bona verba, amici.  
Enoris instar quiq; gerit tui,  
Et pectoris qui est effigies tui,  
Ancepstuum redditq; nomen,  
Vnica spes sobolesq;, Gnatus  
Ense se ut infert clarus honoribus,  
Sudore crebro quos meruit, Sophos  
Ob grande, virtutemq; datum  
Ellogijs fidibusq; dignam.  
Ense se ut infert virginis ad latus,  
Nutrit almo quam Pietas sinu,  
Quam procreaverunt parentes  
Et genere & probitate magni.  
Huic se maritum devovet, hanc sibi  
Legit maritam fædere perpeti.

B' 3:

Hac

Hac compare, Amlingos tenellos,  
Backofiosq; dabit novellos,

Qui, more avorum, res populi regant,  
Linguis juventam ac artibus imbuant,  
Viam ore facundo in corona  
Edoceant populi salutis:

Quiq; arva dulcis linquere patriæ,  
Valeq; malint dicere honoribus,  
Et extimo sub sole tectum  
Quarere, quām tacuisse V E R V M:

Qui vindicent hoc fortiter hostium  
Christi à proter vastitia & minis,  
Gestentq; victrici, ob triumphos,  
Tempora condecorata lauro:

Quorumq; nomen postera gens canat,  
Oblivioso & laudibus eximat  
Leto, nec involvatur tenebris,  
Cūm cineres Libitina condet.

Sed laxa quò me vela trahunt? recens  
O Christe fructu conjugium, precor;  
Bea perenni: es conjugator:  
Sis, uoceo, quoq; sospitator.

Johannes Theopoldus,

EPI-

EPIGRAMMA  
IN HONORES DOCTORATVS  
(ut vocant) VVolgangi Amlingi  
Iunioris.

**V**nior Amlingus gemino correptus  
amore,  
Verbi cœlestis, juris & Ausonij:  
Dederet utri se totum, sub pectore volvens,  
Mysten se statuit velle vovere Deo.  
Ast effecturum hic dum se laudabile sensit  
Nil, quo non multum clareat ante pater:  
Iuri equidem, verbi retinens sed pectore amore  
Cœlestis, sese dedidit Ausonio.  
Ut, veluti pollet sacrarum indagine serum,  
Et rara verbi cognitione pater:  
Filius in legum jurisq; utriusq; palastræ  
Amlingi nobis se sobolem esse probet.

Iohann. Theopoldus.

Enōsīxov.

VIVa saLVs nostra est DoMIInVs, qVI Vo-  
tagV bernat,

Ne Veniant SponsIs trlſt Ia fata pIIIs.

Iohannes Capnio Pastor Lindaviensis.

ALIVD.

A L I V D.

Vm Sponsis meditor Talassionem  
Verbis dicere non Talassionis;  
Non Laertiades, disertus ille,

Sed verò Menelaus esse malim:

Nec laudem puto in ultimis habendam,  
Si quis sit poter multa, pauca fari.

Summa, Sponse, negotij, caputq; est:  
Te ter, te quater, amplius Beatum  
Iactat quisq; rog'asne, porro, causam?  
Corpus: Mens bona: lata lauta sorste  
Felicem faciunt: ab hisce demum  
Quisquis dona capit, cluet Beatus.

Honestas meruit quidem Minerva  
Ante catena calculum: tulitq;  
Virtus & sapientia omne punctum,  
Non sunt nullius assis estimanda  
Tamen reliqua dona: sed per orbem  
Suo pondere & hac & illa vergunt.  
Nam bonis Animi, oppido, invidendis  
Sunt portus velut, anchora, aura, tutum  
Qua præstant, Pelagi per alta, cursum.

Hinc

Hinc Mens percipit, hinc suum cor usum,  
Quaeis fortuna serena, corporisq;  
Confert officium suos vigores.

Est, qui non habeat: nec invenitur  
Nullus, qui reuatuve, negligat ve  
Apisci: at sapiens suis decenter  
Isthec ponderibus modisq; libratur.  
Verum in te bona, Sponse, cuncta jurant.  
Inte juris honos: ab Arte cultus:  
Opes: Laus Thalami: vigensq; Corpus.  
His explent numerum Fides, Decorum,  
Candor, & PIETAS: levamen unde  
Lenimenq; petes, tonante fatis,  
Et damnis superirruente mundo.  
Quando arvis dominatur, heu avitam  
Ob noxam Rubus asper, & subinde  
Cui vis letiferum minaturictum.

Sed hac vos PATER optimus, sacerq;  
Antistes Superium ille, preco Christi,  
Nectar Euepies, medulla Peithus,  
Et præsens trepido medella Cordi,  
Legatusq; Dei audiens, docebit.

Vides? que Pietas subegit illum,  
MYRTILETA subire: tamq; iniqui

C

Per

Per supercilioſa terga clivi,  
Tot tantasq; molestias vorare:  
Tot valles penetrare flexuosaſ:  
Tot amnes tremulo ſecare paſſu.  
Vides? ut ſibi gratuletur, ut q;  
Gaudeat Soceris, NVRVq; tali  
Optata toties. Vides? ut alta  
Vertex ſtet nive candidus, Iehovæ  
Sacratō Capiti, Osculo Iehovæ,  
Semoniq;. Vides? ut ingemifcat,  
Polum ſuſpiciens, in ambulansq;  
Tecum inter proceres ſacri Palati:  
Heroi FRIDERICO & ipſe gratus,  
Et heroibus ipſe mixtus heros.  
Vides? ut lacrymas, precesq;, verba  
Intersingula fundat: ut q; vobis,  
Et uero bene dicat instituto.  
Quem votis ſequimurq;, tendimusq;  
Vna ad te: ferimurq; corde toto,  
Quo non corpore poſſumus venire.  
Nunc mele Hymeneia canto: priſcos,  
Sed ſuperitionibus remotos,  
Addo, qui deceant ſacra iſta, RITVS:  
Vesta, Vndisq; adhibete uterq; tactu

*Manus*



Manus unanimi. Omēn inde quino  
Faces ordine preferant secundum.  
Suadet & Charitum foco Sabaam  
Mercem imponite, moisiunculisq;  
Pomum SPONS A Cydonium petessat.  
Conservata Asparagis caput corona  
Cingat. Ferreus orbe nodus ; orbus  
Baccarum preciosiore censu,  
Adstringat digitum : evirata Felle  
Litet victima. Conjugemq; ductent  
Matrimi pueri novam Patrimi.  
Mulcibro ante fores sacrate currum,  
Qui Nympham tulit obviam marito.  
Nec Phœbi meminisse, nec sororis  
Phœbea pīgeat : nec Aeris, unde  
Repercussa sibi se imago reddit.

Quid moror? thalamum paret, Viroq;  
Paret, Pariatq; Nupta prolem:  
Vt natos videat PAREN'S, AVVSq;  
Vt sanctos videat sacer, nepotes  
Pacata fieri incolas SIONIS.

Albertus Voitus

Borussus.

C 2

EPITHA-

— EPITHALAMIVM.

Vm satus Amlingo, Phæbi Themi-  
disq; Sacerdos,  
 Nataq; Bachofio, sacra marita parat:  
Ducere fert animus festos Hymenæon ad ignes.  
Et dare pro fausto vota precesq; toro.  
Nate Dei, primos qui sub juga ducis amantes,  
Huc ades, hacq; tuo cœpta favore juva.  
Incluta coniugium floret schola, cuius in orbe  
Nemo satis callet sensa profunda pius.  
Nō geminus thalami Cecrops est autor honesti:  
Sed trino simplex Numine Numen idem.  
Hoc postquam verbo motum spirante creasset  
Omnia, factus humo nomine venit homo.  
Eg; soporati costabene conditur Eva,  
Et Deus, Hanc, Adæ, Tu tibi, dixit, habe.  
Binis una caro caleat, mens unica constet:  
Et dominos aer, pontus, humusq; ferant.  
Iura maritatoris sanxit castissimus autor,  
Vt casti castum femina virq; colant.  
Vtq; pio nōrint studio discernere castum  
Numen ab incesta colluvione Stygis:  
Vtq; Venus certa natis ratione creandis  
Serviat, ac hominum plantet in orbe genus.

Ex.

Ex quo perpetuum Christus sibi colligat agmē,  
Quod vera celebret relligione Deum. (jux,  
Quid? quid) adjutrix maris est & gloria cō-  
Hac cura requies, hac medicina venit.  
Deniq; conjugij sanctum & venerabile fædus  
Illiciti fædum pellit amoris opus.  
Qui vivit cœlebs, nec novit vivere cœlebs,  
Designat vita cœlibe turpe scelus.  
Nil vetit & cernit Veneris Sol fædius astu,  
Nec gravior casti Numinis ira manet.  
Si nescis, Sodamē, Thebas, Lacedamona, Tro-  
Benjamidas, Romā, dispice, certus eris. (jā,  
Sed castus pudor est homini tutissima virtus,  
Magnaq; dante Deo, præmia semper habet.  
Si dubitas, casti fatum modò cerne Iosephi:  
Regnat in Aegypto, qui modò captus erat.  
Adde, quod Omnipotēs cura simulacra pudica,  
Et speculum morum iussit inesse feris.  
Teutonico volucres à storgis nomine dicta,  
Rostris ludentes sacra marita necant.  
Halcyone fædus thalami Ceyxq; tuentur.  
Coniugeq; extincto, luctibus uxor obit.  
Chaonis haud vinclum rumpit sociale, nec un-  
Ni viduo lecto secubet, ales amat. (quam,

Grata Iovi pullos avium regina probare  
Fertur ad adversos solis euntis equos.  
Singula ne dicā, scelus omni est morte piandū,  
Castius, ac homini pectus inesse feris.  
Est homini fædus dulcis sociale palestra,  
Artificesq; probat culta palestra suos  
Nam viget hic pietas, verum, dilectio, candor,  
Et placido virtus corde ferenda ferens:  
Hic pia cura precum cor urit, honosq; pudori  
Hic est, hic vincit sub cruce vera fides.  
Hic quocumq; animū fers, aut vaga lumina  
Obvia divini signa favoris eunt. (volvis,  
Discimus hic, nullo qua codice legimus unquid:  
Tam patet in laudes area lata Dei,  
Nemo potest fando pingendoq; fingere motus,  
Quos sobolis fidum nomine pectus habet.  
Timanthes vultum velis obvolvere patris,  
Non gestum in gnata pingere cæde valet.  
Dedalus ipse sui casus effingere nati  
Gestijt: at patris dexteraq; arsq; stupent.  
Deniq; conjugij mysteria continet ordo:  
Est Christus Sponsus, sponsaq; sancta cohors,  
Sunt amor, atq; fides, rerum communio, proles,  
Et tutela pīj vincla decusq; tori.

Hac

Hac Christus populo præstat sine fine fideli:  
Hac eadem Christo concio sacra refert.  
Osacer, o semper torus omni dignus honore,  
Quid simile his studijs vita soluta docet?  
Adde, quod hinc Christus de virgine venit in  
Cui dederat thalami iuste Iosephe fidem (auras,  
Hinc etiam Canæ thalamo tedaq; ingali  
Cum socijs Christus matreq; latus adest.  
Et cum deficeret recreans præcordia Bacchus,  
Eximio liquidam nectare mutat aquam.  
Ornat adhuc tudas, & Bacchica munera præ-  
Coniugibusq; levat tristia fata Deus (bet,  
Hac dulci veteres velant sub imagine vates:  
Vates quippe patrum dicta retenta sonant.  
Gaudia namq; Ducū celebrare hymeneia Di-  
Et dare se sponsis munera digna ferunt (vos  
Donat opes Iuno, gemmata monilia Pallas,  
Nata mari formam, bellicus arma DEVIS.  
Sic largi celebrating Cadmis sacra festa Camana:  
Largus opum largis laudibus auctus erit.  
Sic Phthij Musa dicunt connubia Regis:  
Nam suavult Musa dicere sacra DEVIS.  
Ergo DEI contra legem Latialis Erinnys  
Damnat honorandi vincula casta tori.

Multaq;



Multaq; in exitium cultorum millia dicit,  
Turpia qui Veneris furt a vagantis amāt,  
Compare vitacarēs, cœneq; immanis abusus,  
Si nescis, Stygio dant sua fulcra Pape.  
Ergo tua Amlingi pietas est grata Iehova,  
Qui legis legum vincula doctor amas.  
Qua te laude vebā, qui gaudēs nomine patris,  
In Themidis summū nactus es arte gradū?  
Est tibi, sitq; pater, dum secula Nestoris aquet,  
Christicolum lumen, Pieridumq; decus.  
Nota viri pietas, testataq; tempus in omne,  
Promeritis replet solis utramq; domum.  
Ne corda Ascanidū turbet concordia discors,  
Amlingi à magno munus opusq; Deo est.  
Hunc ergo pietas, rumpantur ut ilia libri  
Fabriculis, Pietas dum viget orbe, canet.  
Thespiadum à puero es sacris versatus in hor-  
Blandaq; Castalijs orarigatus aquis. (tis,  
Graiaq; jungentis lingua documenta Latinæ,  
Sessitat in labris suada modestatuis.  
Frons sine nube probi rectiq; est pectoris index,  
Et nive candidius lacteq; pectus habes.  
Numinis ingenium vix est metuentius ullū,  
Et tua labe fides, vita, pudorq; vacant.

Nunc

Nunc Themidis leges, lancesq; hoc corbe repulsa

Virginis ad cœli regna beata, colis.

Ergo tibi Musa, Clarij<sup>q</sup>, antistes honoris,

Serta ferunt nullo dissoluenda die.

Iamq; tibi virgo datur omnis palma laboris,

Quæ grave Gertruda nomē & omen habet.

Cui pius est genitor, cui vera est gloria Christum

Nosse, Dei q; pati nomine posse sui.

Fatibus Isacijs bene potum lacte Latino,

Melleq; Cecropio nutriit alma Charis. (na,

Quem referent Pietas, Virtus, Astræa, Camæ-

Dum sua virtutem præmia fasq; manent.

Semina virtutum cum lacte in pectora fudit,

Mater feminine gloria rara chori.

Illæ precum tenerum formis cor imbuīt, illæ

Instituit teneram celicajussa sequi (crines,

Forma rotunda ornat caput, & forma aurea

Stellarumq; instar lumen utrumq; micat.

Pulcra refert facies permistum lacte cruorem,

Albâve purpureis lilia juncta rosis.

Cœia Musa virum non ficto prædicatore,

Cujus amans mores exprimat uxor apis.

Femina casta, forvens natos, intenta labori,

Nō vaga, frugalis, magnū apis instar habet.

D

Non

Nec sum animi dubius, quintalis munere Chri-  
Sponsatus intret Sponse colende toros, (sti  
Ut statua facies truncu decus addit honesta:  
Sic decus est pulcris moribus omne pudor.  
Aut affixa colo sedet, aut opus omne Minerva  
Excolit, aut volvit mente oculisq; libros.  
Seq; gerens pedibus, uestitu, voce modestam,  
Ut Venus in conchastans, sua tecta colit.  
Exemplisq; domi natis utriusq; parentis,  
Officium ante homines prestat E<sup>g</sup> ante Deum.  
Et pietatis honos, ex qua cœu fonte perenni  
Acta probata fluunt, acta modesta regit.  
Ergo tuata linguis animisq; favemus,  
Concipimusq; pias supplice mente preces:  
Blanda torum decorat concordia: copia cornu  
Fundat opes: operas dirigat alma fides.  
Utq; olea mites E<sup>g</sup> olivas vitis E<sup>g</sup> uvas  
Insita producit, multaq; secla manet;  
Sic Deus efficiat pulcra vos prole beatos,  
Et Pylios donet, sed sine lito, dies.  
Hac peto, sed mitis det plura Iehova petitis.  
Multiplicetq; suo vota favore mea.

M. Iohannes Fertzschius V Viherensis  
Scholæ Bernburgensis R.

ELEGIA



## ELEGIA GRATULATORIA

AD CL. VIRVM DN. VVOL.  
gangum, Reverendi & doctiss V. M. VVol.  
gangi E. Amlingum, I. V. Doctorem,  
*Sponsum.*

**V**enerat ad nostram nuper gratissimus urbem  
Rumor, iō quanti nuncius ille boni !  
Collatos tibi denarrans Doctoris honores,  
Teq; auctum titulis Iuris in arte novis.  
Quà mediam tumidis Basileam interluit undis  
Spumoso volvens vortice Rhenus aquas.  
Ecce iterum lētis nostras narratibus aures  
Implet conjugij nuncia fama tui.  
Quo thalamos intrare tuos Baccovia fertur  
Virgo, puellaris flosq; decusq; chorū.  
Virgo suo soboles non inficianda parenti,  
Spectato meritis & pietate viro.  
Quem Philyraea urbis suspexit frena tenentem,  
At nunc prætorem jactat habere Nicer.  
Credo equidem, nec vana fides, Cyprinque Theminque  
Certatum donis te cumulare suis.  
Et merito, hoc primo Musis impensus ab ævo  
Namque tuus meruit non sine teste labor.  
Hoc meruit probitas, artemque modestia vincens;  
Hoc animi dotes, ingenijque vigor.  
Quaque vales gemini sacrata scientia Iuris,  
Et linguae, culto qui fluit ore, niter.  
Salve, Amlinge, decus magni memorabile patris :  
Salve iterum, ô Themidos gloria, Iuris honor.  
Grator, amice, bonum tibi grator amicus utrumque :  
Ostri insigne decus, conjugijque faces.

Sies

Sis felix: non cura tuos incepsit amores,  
Non dolor, aut socio lis inimica jugo.  
Sed quæcunque ferunt socialia federa secum  
Commoda, connubio sint cumulata tuo,  
Certus amor, constansque fides, concordia lectum  
Ambit, appositas condit atque dapes,  
Nec thalami fructus absint numerosa propago,  
Ante patris ludens, matris & ante pedes.  
Ingenij referat quæ dexteritate parentem,  
Quæ matrem prodat frontis honore suæ.  
Quæ sibi congenitam pietatem ostendat avorum,  
Qua virtus non est gratiior ulla Deo.  
Sis felix: Deus ipse tuos fortunet honores,  
Vtile te faciat præsidiumque fori.  
Cujus ope adversis constet Respublica rebus,  
Si quando, infandis iam propè mersa malis:  
Ut tua venturo laus commemoretur in ævo,  
Sitq; memor meriti patria grata tuj.  
Auguror: eueniet quod amica mente precamur,  
Evenient votis prosperiora meis.

Gregorius Petrus Bersmannus.

### Votum Patris in Nuptias Filij.

Asta Deus mens es, casti sancitor amoris,  
Nec nisi conjugij pignora casta probas.  
**G**Sint thalamo junctos inter MENS VNA, COR V.  
NVM,  
Nec turbent castas jurgia dira preces.  
Natorum natos videant, pia germina lecti,  
Heredes regni CHRISTE, patrisque tui.

W. A.

FINIS.

Nr 1996.

8



3

nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln;

28a / 501996 /

V\$ 17 11/11/





## Farbkarte #13

| Centimetres | 8  | 7  | 6  | 5  | 4  | 3  | 2  | 1  |
|-------------|----|----|----|----|----|----|----|----|
| Inches      | 3  | 2  | 1  | 1  | 2  | 3  | 4  | 5  |
| B.I.G.      | 19 | 18 | 17 | 16 | 15 | 14 | 13 | 12 |
| Black       |    |    |    |    |    |    |    |    |
| White       |    |    |    |    |    |    |    |    |
| 3/Color     |    |    |    |    |    |    |    |    |
| Magenta     |    |    |    |    |    |    |    |    |
| Red         |    |    |    |    |    |    |    |    |
| Yellow      |    |    |    |    |    |    |    |    |
| Green       |    |    |    |    |    |    |    |    |
| Cyan        |    |    |    |    |    |    |    |    |
| Blue        |    |    |    |    |    |    |    |    |